



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

IV. De Merito.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

test. *Homini iusto iam quidnam confert hec noua Gratia?* Tribuit ei ad perseverandum, moralem facultatem tentationibus omnibus resistendi. *Vt autem omnia etiam venialia peccata deuiter, communis gratia satis non est, peculiaris autem ex priuilegio satis esse potest.*

C A P V T III.

De Iustificatione.

5. *Quid est Iustificatio?* Gratiæ habitualis in anima inharentis, & facientis hominem iustum effectus. Definitur autem, Gratuita, & supernaturalis quædam mutatio, per quam supernaturalia infunduntur dona.

6. *Sunt ne ad Iustificationem aliqua in homine dispositiones necessariae?* Sunt, nempe fides, spes, & pœnitentia, quæ procedunt à Spiritu sancto mouente, nondum inhabitante.

7. *Num iustus de sua iustificatione certitudinem potest habere?* Fidei quidem minimè, moralem tamen, & magnas coniecturas habere potest.

C A P V T IV.

De Merito.

8. *Vidnam Meritum?* Opus est liberum, bonum, ad alterum aliqua ratione pertinens, quod secundum aliquem aequitatis aut debiti modum aliquo præmio ab altero debet compensari.

8. *Quotuplex Meritum?* Duplex est, de Condigno viuum, alterum de Congruo. Quinque ad Meritum de condigno requiruntur. 1. Libertas. 2. Bonitas non solùm moralis, sed etiam supernaturalis, ut scilicet actio fiat ex supernaturali motu fidei, spei, charitatis, vel ex simili motu impetratur. 3. Gratitudo personæ quæ meretur, ut videlicet in gratia habituali sit. 4. Ut sit viator. 5. Ut ultra operis bonitatem etiam diuina promissio intercedat. Ad Meritum vero de Congruo nec habituali gracia, nec promissione præmij, quo actio

Examen IV. De Gratia, & Merito. 33

actio remuneretur, opus est; sufficit honestas operis tali pre-
mio remunerabilis.

9. *Cadit ne sub meritum primum gratiae auxilium?* Mi-
nimè; nec prima gratia iustificans sub meritum de condi-
gno. *Num gloria?* Hæc quidem sub meritum de condigno
cadit.

10. *Iustus ne reparationem sibi post lapsum potest mereri?*
Nec de condigno nec de congruo; at sanctitatis augmentum
de condigno meretur.

11. *Num alteri gratiam, aut gloriam mereri potest?* De con-
digno minime, de congruo maxime.

12. *An bona temporalia quatenus adiumenta perueniendæ
ad beatitudinem estimantur, cadunt sub meritum?* Sub meri-
tum quidem de condigno cadere possunt. Hæc loco Proœ-
mij moralis Theologiae libri innuisse sufficiat, ad sigillorum
septem reservationem veniamus, in secundum sigillum

tractationem de Peccatis in communi, quæ

ad principia moralis Theo-

logia pertinebat,

differentes.

C TRACTA